



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Historiae Ecclesiasticae Pars ...

Historiae Ecclesiasticae Pars Tertia, Qva Continentvr Hermiae Sozomeni
Salaminij lib. 9. Euagrij Scholastici Epiphanensis lib. 6

Christopherson, John

[Köln], 1569

De Armati imperatricis Berinae cognati interitu. Caput XXIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12718

Porro Palladio, episcopo Antiochiæ morte extincto, & Flauiano in eius locum suffecto, Salomon, præbyter Antiochiæ, mittit ab illo Alexandriam cum literis de communicando inter ipsos mutuò, ad Ioannem: illiusque responsum per literas Flauiano requirit. Ioane mortuo, alter Ioannes episcopus Alexandriæ deligitur. Atque hæc quidem res ad aliquot annos, quibus Anastasius gessit imperium, (hic enim imperator Euphemiū episcopatu eiecit) ad hunc modū progressæ sunt: quas quidem, quo historia planior & magis perspicua redderetur, coactus sum ordine percèssere.

De Armati imperatricis Berinæ cognati interitu.

Caput XXIII.

Zeno autem Armatum cognatum imperatricis Berinæ, quem à Basilisco ducem contra ipsum missum, muneribus ad suas partes pellexerat, & sociū pro hoste effecerat, & Basiliscum filium eius Cæsarem Nicææ designauerat, de sententia Ili interficit. Nam Constantino polim profectus, & Armatum per dolum tollit è medio, & Basiliscum eius filium pro Cæsare sacerdotem creat: qui postea ad gradum episcopatus elatus fuit.

Armatum aliàs.

De Theodorichi Scithæ, qui contra Zenonem Armaceperat, morte. Cap. XXV.

Per idem tempus Theoderichus, Scythia genere, cōtra Zenonem arma ferre parat, & copijs suis in Thracia collectis, bellum gerit aduersus Zenonem: agrisque omnibus, qui ante pedes iacebant, vsque ad ostium Ponti vastatis, parum aberat, quin Constantinopolim cepisset, nisi quidam ex illius maxime necessarijs vehementer erga eum offensi, concilium de illo interimendo iniuissent: qui eum suorū intellexisset maleuolentiā, retulit pedē, atq; nō adeo multò post, in mortuorum numerū ascriptus est. Verum quo genere mortis occubuerit, dicā: quod ita habet. Pro castris eius hasta cuspide bifida in sublimi suspensa fuit, more Barbarico. Deinde corpus suū agitare exercereq; cupiens, equum sibi adduci iubet. Tū absque mora (cuius

Ll 2 etiam